

Beiträge zur inneren Geschichte des Zisterzienserordens im 17. Jahrhundert.

Von Dr. Otto Grillnberger, O. C. in Wilhering.

I.

Der Kampf zwischen der strengen und der milden Observanz.

Um die Mitte des 17. Jahrhunderts entbrannte innerhalb des Zisterzienserordens ein heftiger Kampf zwischen zwei Strömungen, welche in der Verschiedenheit der Ansichten über die Beobachtung der klösterlichen Vorschriften ihren Ursprung hatten. Diese Verschiedenheit war schon bedeutend früher zutage getreten; sie reicht in die Wende des 16. und 17. Jahrhunderts zurück. Während aber damals die Anhänger der ursprünglichen und die Vertreter der gemilderten Ordenssätzen in voller Eintracht ihre Wege gingen, machte sich seit 1634 unter den ersteren das Streben geltend, die letzteren zu unterdrücken.

In diesem Jahre traf nämlich Kardinal Fr. de la Rochefoucauld, der 1622 vom Papste Gregor XV. beauftragt worden war, die alten Orden zu reformieren, die Verfügung, daß in jedes Kloster Mönche der strengen Richtung geschickt und bei der Besetzung der Ämter bevorzugt werden sollten. Diese Bestimmung mußte schon deshalb den heftigsten Widerspruch erregen, weil sie mit dem Grundgesetze des Ordens nicht zu vereinen war. Doch gelang es ihr umsomehr, siegreich vorzudringen, als sie an dem allmächtigen Kardinal A. J. de Richelieu eine erwünschte Stütze fand. Wer sich der neuen Ordnung nicht fügen wollte, mußte sein Kloster mit einem anderen vertauschen; selbst die der Reform abholden Mönche der fünf ältesten Abteien, Citeaux, La Ferté, Pontigny, Clairvaux und Morimond, erfuhren keine mildere Behandlung. Vergebens wandte sich der Generalabt Petrus de Nivelles an den römischen Stuhl; die Mahnung des Papstes Urban VIII. vom 5. Dezember 1635,¹⁾ *ut (monachi ordinis) omnino eidem abbati generali pareant nec in aliquo eius superioritatem, cui subsunt, sub quovis praetextu, etiam introducendae reformationis, quovis modo turbare audeant*, verhallte wie eine Stimme in der Wüste.

Als jedoch Kardinal Richelieu, der sich nach dem Rücktritte des Petrus de Nivelles zum Abte von Citeaux hatte wählen lassen, 1642 die Augen für immer schloß, brachen für die Anhänger der milden Observanz bessere Tage an. Die aus Citeaux vertriebenen Mönche, nicht weniger als vierzig, kehrten wieder

¹⁾ Vergl. J. Paris-H. Séjalon, *Nomasticon Cisterciense*, Solesmes 1892, 580.

dahin zurück; als sie aber die Pforte verschlossen fanden, zogen sie nach Dijon und wählten am 2. Jänner 1643 den Prior von Froidmont, Klaudius Vaussin, zum Abte. Sie vereinigten auf diesen auch am 10. Mai 1645 ihre Stimmen, nachdem Papst Urban VIII. ein Jahr zuvor eine neue Wahl angeordnet hatte, und waren nicht umsonst bemüht, die Bestätigung des Erkorenen von Seite des apostolischen Stuhles zu erreichen. Innozenz X. erklärte überdies am 1. Februar 1647¹⁾, *quod circa electionem abbatis generalis aliorumque abbatum et officialium dicti ordinis ac esum carniū et receptionem novitiōrum servetur prout ante* (vor den Reformversuchen des Kardinals Rochefoucauld).

Durch diese Verfügung wurde jedoch der Friede ebenso wenig hergestellt wie durch die Entscheidung des Papstes Alexander VII. vom 10. November 1657²⁾, *monachis Cisterciensibus tuta conscientia licuisse et licere uti dispensatione super esu carniū per capitulum generale ordinis huiusmodi apostolica auctoritate concessa.*

Man sollte glauben, die Aussprüche des apostolischen Stuhles seien klar genug gewesen. Trotzdem fuhren die Strengen fort zu behaupten, *religiosos communis observantiae esse privatos voce activa et passiva in electionibus abbatis generalis et quatuor primorum patrum abbatum, vicariorum provincialium, procuratoris generalis in curia et aliorum publicorum provincialium, administratione collegii Parisiensis communis studii dicti ordinis, receptione novitiōrum ad communem observantiam aliisque iuribus pertinentibus ad abbates et capitulum generale et in vim dictarum sententiarum ipsos solos abstinentes redditos capaces dignitatum et officiorum dicti ordinis ac independentes iurisdictione ordinaria superiorum et capituli generalis esse.*³⁾ Sie waren nämlich der Ansicht, die Verordnungen der Päpste Urban VIII., Innozenz X. und Alexander VII. seien im günstigsten Falle erschlichen.

Unter diesen Umständen mußte es äußerst zweifelhaft erscheinen, ob eine neue Entscheidung des apostolischen Stuhles den verderblichen Streit beendigen werde; konnte sie ja doch die gleiche Beurteilung erfahren wie die früheren Aussprüche der Päpste. Aber wem sollte es gelingen, eine Verständigung herbeizuführen, wenn nicht der Weisheit und dem Ansehen Roms? So wandte sich denn Generalabt Vaussin noch einmal an den apostolischen Stuhl. Papst Alexander VII. glaubte, sich jetzt nicht damit begnügen zu sollen, daß er die 1657 getroffene Ver-

¹⁾ Vgl. Paris-Séjalon 582.

²⁾ Vgl. Paris-Séjalon 584.

³⁾ Vgl. Paris-Séjalon 589.

fügung einfach wiederholte, sondern hoffte, sein Ziel am sichersten zu erreichen, wenn er Anhänger beider Richtungen nach Rom berief und ihre Wünsche und Vorschläge durch einen Ausschuß von Kardinälen und Prälaten einer genauen Prüfung unterziehen ließ. Die Sache der milden Observanz fand im Generalabte und im Generalprokurator, die der strengen Observanz im Abte von La Trappe und im Abte von Le Val-Richer ebenso eifrige wie gewandte Vertreter. Nach langen Verhandlungen erschien endlich am 19. April 1666 das berühmte Breve *In suprema*.¹⁾ Von den zahlreichen Bestimmungen dieser Urkunde fesseln besonders nachstehende unser Interesse:

Qui abstinentiam a carnibus amplexi sunt aut in posterum amplectentur, illam exacte retineant et nemini illorum liceat ad communem ipsius ordinis observantiam transire nisi petita et obtenta facultate a summo pontifice pro tempore existente aut saltem a capitulo generali vel eo cessante ab abbate generali. Nulli etiam communis observantiae professori propter pacis et caritatis custodiam liceat ad dictam perpetuam abstinentiam transire non petita licentia a suo saltem patre immediato. Ad quam abstinentiam amplectendam superiores nullum, qui non fuerit in ea educatus, possint cogere.

(Abbas generalis) primo quoque tempore convocet generale capitulum apud monasterium Cistercii celebrandum in mense Maio sequentis anni 1667, ad quod vocentur et convenire teneantur omnes et singuli abbates et priores conventuales monasteriorum totius ordinis praepeditionem canonicam non habentes, et in eo abbas Cistercii et quatuor primarii abbates eligant de more generales definitores, ita tamen, ut unusquisque illorum eligere debeat saltem duos ex abbatibus strictae observantiae, adeo ut in universum in definitorio vocem decisivam habeant abbates viginti quinque, videlicet abbas Cistercii et quatuor primarii abbates, item definitores decem ex communi et totidem ex stricta observantia. In capitulo autem seu definitorio, ut praemittitur, congregato diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis et observantia regulari deque aptiori modo exsequendi et ad praxim deducendi praefixos reformationis articulos, et quod deliberatum et statutum fuerit, inviolate observetur.

Ordinentur etiam in eodem capitulo seu definitorio religiosae ac circumspectae personae, quae singula monasteria cuiuscumque provinciae secundum formam eis praefixam visitare studeant corrigentes et reformantes, quae correctionis et reformationis officio viderint indigere.

Praeterea fiat divisio seu partitio monasteriorum strictae observantiae in regno Galliae existentium in duas saltem provincias

¹⁾ Bei Paris-Séjalon 592 ff.

et ab ipso abbate Cistercii et quatuor primariis abbatibus et decem definitoribus eiusdem strictae observantiae per secreta schedularum suffragia eligantur ex eadem observantia duo provinciales visitatores nuncupandi, usque ad sequens generale capitulum duraturi, quorum quilibet iurisdictionem ordinariam habeat in monasteriis provinciae suae.

Item in singulis provinciis, etiam extra Galliam, designentur duo monasteria monachorum communis observantiae, unum scilicet pro novitiatu et alterum pro professorio seu secundo novitiatu, una cum magistris pro educandis novitiis et noviter professis et cum familia selecta.

Auctoritate apostolica praesentium tenore declaramus litteras in forma brevis datas diebus 10 Novembris 1657 et 8 Martii 1660 nec non 2 Iulii 1661 respective nullo obreptionis, subreptionis, intentionis nostrae defectu vel alio nullitatis vitio laborasse nec laborare ac proinde omnino esse servandas et executioni demandandas, prout servari et executioni mandari iubemus perpetuum desuper silentium imponentes sub poenis contentis in primo dictis nostris litteris editis die 16 Ianuarii 1662.

Ceterum in hac nostra declaratione quoad ea, quae memoratis litteris nostris et his praesentibus non adversantur, monasteriis monachorum reformatorem in regno Galliae eorumque strictae observantiae aliquod praeiudicium generare non intendimus, sed illam in sua firmitate et robore volumus permanere, perinde ac si eadem litterae non emanassent. Quinimo nostrae intentionis est eandem strictam observantiam in sua laudabili vivendi ratione confovere ac pro illius conservatione et incremento pastoralis nostri officii partes gratiose ac favorabiliter impendere. Unde abbatem Cistercii et quatuor primarios abbates serio in Domino monemus atque adhortamur eisque in virtute s. obedientiae districte praecipimus et mandamus, ut ipsam strictam observantiam non modo protegere ac zelo caritatis complecti, verum etiam diffundere et propagare pro viribus studeant, ut in dies benedicente Domino in ecclesia militante fructus ferat uberiores

Similiter declaramus validas fuisse et esse professiones a monachis strictae observantiae in hanc usque diem emissas nec non absolutiones cum actis hucusque gestis, quae suum plenarium sortita sunt effectum.

Schon hieraus geht deutlich hervor, welchen Zielen Alexander VII. hauptsächlich nachstrebte: er suchte einerseits die Spaltung des Ordens zu verhindern, andererseits aber sowohl die milde als auch die strenge Observanz möglichst zufriedenzustellen. So vollständig ihm ersteres gelang, so wenig glückte ihm letzteres. Dies zeigt nichts klarer als der Verlauf des Generalkapitels von 1667.

Citeaux hatte schon lange keine so glänzende Versammlung in seinen Mauern gesehen. Die Wichtigkeit der Gegenstände, über die verhandelt werden sollte, mußte allein schon eine ansehnliche Zahl von Ordensmitgliedern dahin rufen; zudem war an alle, die am Generalkapitel teilzunehmen das Recht hatten, der strenge Befehl ergangen, *ut nisi urgentissima causa impediti per se aut suos commissarios comparerent*.¹⁾ So konnte denn J. Meglinger berichten:²⁾ *Abbatiali honore insigniti quadraginta numerabantur; priores deinde et commissarii centum quinquaginta.*

Das Generalkapitel wurde am 9. Mai eröffnet und am 16. Mai geschlossen. Abt Laurenz Scipio von Ossegg meldet in seinem Memorabilienbuche:³⁾ *Maius 9. Inceptum est capitulum generale. Hora 6 sacrum de Spiritu S. Inde ad capitulum, ubi RR. P. generalis fecit pulchram exhortationem. Lecta statuta. RR. generalis et 4 primarii abbates elegerunt definitores. Protestati sunt statim in capitulo abstinentes et continuarunt in definitorio. Post prandium disputatio et iterum sessio et definitorium. — Maius 10. Fuit sessio in definitorio a 7 usque ad 11 et post prandium a prima usque ad quartam. — Maius 11. Habuimus iterum sessionem a 7 usque ad 11, a meridie a 1 usque ad quartam. — Maius 12. Habuimus iterum sessionem mane a 7 usque ad 11, a meridie a prima usque ad 4. — Maius 13. Fuit sessio in definitorio mane et post prandium. — Maius 14. Fuit sessio in definitorio mane et a prandis. — Maius 15. Mane peregrinamus divina, post prandium sessio in definitorio. — Maius 16. Finivimus capitulum generale. Omnia conclusa et acta lecta sunt in capitulo. Absolutio mortuorum. Absolutio ab omnibus peccatis etc. Sollemnis benedictio*

Weit wichtiger als dieser trockene und dürftige Bericht über die einzelnen Sitzungen erscheinen die Beschlüsse, welche in denselben zum Teile nach sehr lebhaftem Meinungs austausche gefaßt wurden. Ich teile sie im folgenden nach einer Handschrift mit, die aus dem Kloster Rauden stammt und gegenwärtig im Wilheringer Stiftsarchive ruht. Sie besteht aus 8 Papierblättern (25 × 18 cm). Die Schrift gehört der zweiten Hälfte des 17. Jahrhunderts an; möglich, daß wir es mit der des Abtes von Rauden selbst zu tun haben. Dieser war nämlich einer der Notare des Generalkapitels und hat dessen Beschlüssen wenigstens teilweise allein die Fassung gegeben, in der sie uns in der vorliegenden

¹⁾ Vgl. J. Meglinger, *Epistola familiaris de itinere ad comitia generalia s. ordinis Cisterciensis*, Migne, Patrolog. Lat. CLXXXV 1571. Das Einberufungsschreiben vom 1. August 1666 ist in dem Sammelbande Nr. 1796 der Bibliothek von Troyes erhalten. Vgl. Zisterzienser-Chronik VIII (1896), 291.

²⁾ A. a. O. 1590.

³⁾ Zisterzienser-Chronik VIII (1896), 323.

Handschrift entgegentreten; vgl. Nr. 37: *Reliquas provincias difficile fuit exscribere ob instantem abitum de Cistercio et infirmitatem corporis.*

**Acta capituli generalis
anno Domini 1667 die 9. Maii et sequentibus apud Cistercium
celebrati.**

Diffinitores.

RR. D. noster abbas *Cistercii* ss. theologiae doctor.

R. D. de *Rota*
R. D. de *Ossek*
R. D. de *Columba*
R. D. de *Trappa* } monasteriorum abbates.

A. R. D. de *Firmitate* ss. theologiae doctor.

R. D. de *Campolilio*
R. D. de *Bonavalle*
R. D. de *Veteri Villa*
R. D. de *Cadwino* } monasteriorum abbates.

A. R. D. de *Pontigniaco* ss. theologiae doctor.

R. D. de *Lucella*
R. D. de *Valle Dulci*
R. D. de *Alta Ripa*
R. D. de *Hemmenrode* } monasteriorum abbates.

A. R. D. de *Claravalle* ss. theologiae doctor.

R. D. de *S. Lamperto*
R. D. de *Charmeia*
R. D. de *Fulcardi Monte*
R. D. de *N.* } monasteriorum abbates.

Loco R. A. D. de *Morimundo* R. D. de *S. Urbano* ss. theologiae doctor.

R. D. de *Ebraco*
R. D. de *S. Sulpitio*
R. D. de *Precibus*
R. D. de *Castellione* } monasteriorum abbates.

Notarii capituli generalis.

R. D. de *Rauda*
R. D. de *Stamedio* } monasteriorum abbates.

[F. 1'] Promotores causarum.

D. *Ioannes Molgairer* in curia *Romana* generalis procurator, ss. theologiae doctor.

D. *Ioannes Tederat* prior titularis de *Gratia*, ss. theologiae doctor.

Auditores computationum, receptores excusationum, examinatores contractuum, magistri caeremoniarum, confessarii, portarii,

secretarii ad pedes et alii officiales de consuetudine per ordinem electi per RR. D. nostrum et quatuor primarios abbates et in capitulo publicati, quorum nomina sunt in libro originali *Cistercii* descripta.

Orationes.

Pro sanctissimo domino nostro papa, pro augustissimo caesare, pro rege christianissimo, pro rege catholico et aliis potentibus iuxta consuetudinem per ordinem.

1. Cum per RR. nostrum ante omnia alia in diffinitorio peragenda quaereretur a procuratore generali in curia, si quae ex parte summi pontificis dicenda haberet, R. D. de *Fulcardi Monte* strictioris observantiae insistens petitionibus, oppositionibus et protestationibus in capitulo a se factis eas renovavit, quibus caeteri abbates eiusdem strictioris observantiae denuo adhaeserunt.

2. Tandem lecta fuit epistola sub forma brevis SS. D. nostri *Alexandri* divina providentia papae septimi transmissa ad capitulum generale et eidem praesentata manibus procuratoris generalis in curia, quam capitulum generale iussit actis inseri, tenoris sequentis :

Dilectis filiis generali et capitulo ordinis Cisterciensis Alexander papa septimus.

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. Cum ex dilecto filio nostro cardinali Ninio ordinis vestri protectore audiverimus in comitiis generalibus, quae proxime celebraturi estis, de pluribus et gravibus ad regularis disciplinae et communis concordiae rationes pertinentibus rebus agendum esse, pro paterna praecipuaque charitate, qua religionem Cisterciensem vestri eximiae sanctitatis exemplis virisque longe praeclarissimam et hucusque de hac sancta sede nec non de ecclesia universa catholica optime meritam in Domino complectimur, minime passi sumus pontificiae sollicitudinis officia pastoralia a vobis tali tempore desiderari. Quamobrem etsi non dubitamus, quin sponte vestra unum Deum et ordinis bonum prae oculis habituri sitis, tamen currentibus calcar addere et ad omnia rite religioseque peragenda vos etiam atque etiam hortari volumus. In quo profecto sat erit admonuisse, ut attendatis ad petram, unde excisi estis, et ad cavernam loci, ex qua praecisi estis, memores nimirum divi Bernardi patris vestri et illius antiquae pietatis gloriaeque Cisterciensis, quae peperit vos. Porro cuncta latius et distinctius ex ipsius cardinalis cum observantiae tum aliarum rerum omniumstrarum studiosissimi litteris agnoscere poteritis. Nos rectis piisque consiliis vestris adiutorem et retributorem Dominum enixe precamur apostolicam ad id benedictionem tibi, generalis filii dilecte, et singulis vestrum peramanter impertientes. Actum Romae

apud S. Mariam Maiorem sub annulo piscatoris die 22 Martii anno Domini 1667.

3. [F. 2] Lecta etiam fuit epistola Seren. et Invict. D. nostri Leopoldi Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti allata per R. D. abbatem de Campoliliorum tenoris sequentis:

Leopoldus divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus. Venerabiles, honorabiles, religiosi, devoti, fideles nobis dilecti. Eos, quos insignia apud nos virtutum specimina et perspecta omnibus in rebus religio atque egregia singularisque in nos magnopere commendat observantia, et plurimi semper fecimus et ea omnia, quae tum ad conservandam illorum integritatem, tum vero ad ampliandum eorum numerum conducibilia sunt, perlibenter ac propenso animo nullo non tempore amplexi sumus. Quorum nullo inferior est honorabilis lator praesentium, consiliarius noster devotus, sincere nobis dilectus Matthaeus abbas monasterii Campililiorum spectatae integritatis vir, omni eximia ad virtutes indole perspicuus eruditioneque ac sapientia clarissimus, quem excellentes animi dotes, exemplaris vitae consuetudo morumque gravitas illustrem adeo reddidere, ut unanimi omnium abbatum Cisterciensium his in provinciis nostris haereditariis existentium voto tanquam magnum totius ordinis ornamentum et in quo uno quasi reliquorum est virtus et doctrina cumula rigere conspicitur in deputatum et legatum ad capitulum generale in ipso Cistercio proxime celebrandum condignissime electus fuerit. Cum itaque ille aliter eo fine suscipiendus nostrorum observantia clementissime postulaverit, idcirco non modo submissae petitioni eius indubitate annuimus, verum etiam illum hisce nostris tanquam optimo praedictorum meritorum atque virtutum testimonio concomitari decrevimus a vobis perbenigne contententes, ut eundem non solum peramice suscipiatis, sed etiam votorum suorum in omnibus, quae sibi ordinique suo impetrare volet, vel quam maxime huiusce nostrae efficacis recommendationis intuitu rationem habeatis etc. Attestatur sacra caesarea maiestas coram capitulo generali, quod sacer ordo in suis haereditariis provinciis et monasteria a probis et fidelibus abbatibus bene regantur.

4. Lecta etiam fuit alia epistola transmissa eidem capitulo generali ab Eminent. cardinale Ninio ordinis protectore, quam vide alibi.

5. Requirentibus promotoribus causarum¹⁾ ex parte²⁾ summi pontificis et regis christianissimi lectum, publicatum et cum debita reverentia, genibus scilicet flexis, ore RR. D. nostri et unanimi

¹⁾ *causarum* fehlt in C (= Urkunde des Papstes Klemens IX. vom 26. Jänner 1669 [Paris-Séjalon 607 ff.], in der einige Beschlüsse des Generalkapitels [Nr. 5, 6, 15, 17, 18, 20, 22, 25, 27—29, 31, 33] vorkommen).

²⁾ C et ex parte

omnium, quotquot erant, audientium¹⁾ consensu susceptum fuit breve SS. D. nostri papae *Alexandri* septimi de die 19 Aprilis pontificatus ipsius anno 12, cuius tenorem vide alibi.²⁾ Cum autem R. dominus de *Trappa* super dicti brevis receptione aliqua proponere ut sibi liceret supplicarit. data est ei a capitulo generali licentia, quae vellet, in praesentia proponendi, et ne ab ipso dictorum periret memoria, eadem scripto mandandi et actis capituli inserendi. Abbates et de *Fulcardi Monte*, de *Precibus*, de *Veteri Villa*, de *Caduino* viva voce protestati sunt se adhaerere dictis a R. domino de *Trappa* et ab eo in memoriali capitulo generali praesentando scribendis. Quibus auditis R. domini de *Lucella* et de *Campoliliorum* protestati sunt se in omnibus et cum omni humilitate recipere supra dictum breve apostolicum, et quoniam multa [F. 2'] in brevi continentur, quae dilucidiori indigent explicatione, capitulo generali supplicarunt, ut cum viva voce omnia exponere per tempus non liceret, gratum capitulo generali foret ea in memoriali praesentari, cui supplicationi benigne annuit capitulum generale.

6. Cum orta fuisset difficultas ex iterata protestatione facta per R. dominum de *Fulcardi Monte* contra promotores causarum et alios officiales praesentis capituli generalis non abbates, quod praetenderet usitatum ordinis morem convelli, si suppetente abbatum numero alii non abbates, quamvis alio fulgeant munere³⁾, in officiales capituli generalis eligantur, capitulum generale matura super hoc deliberatione habita praecedentium capitulorum generalium vestigiis inhaerendo unanimi patrum consensu⁴⁾ diffinivit alias quascunque personas, etiam non abbates, de ordine tamen bene meritas ad alia capituli generalis officia posse promoveri⁵⁾. Huic vero diffinitioni sese opposuit R. dominus de *Fulcardi Monte* inhaerendo oppositioni a se prius factae tam in publico capitulo quam diffinitorio contra formam habiti capituli, quam petiit actis inseri. Contra quam oppositionem prior de *Iernai* strictioris observantiae protestatus est.

7. Ad quaestionem de loco, ubi possit iuxta breve apostolicum iam saepe dictum haberi consultatio de rebus postea in diffinitorio terminandis, respondit capitulum generale non in diffinitorio, sed in alio loco per RR. D. nostrum designando fieri debere remque illorum consilio remissam ab antiquiore inter

¹⁾ quotquot erant, audientium fehlt in C.

²⁾ C breve apostolicum a SS. D. nostro *Alexandro* divina providentia papae VII emanatum die decima nona Aprilis. pontificatus autem ipsius anno duodecimo, quod incipit: *In suprema sedis apostolicae.*

³⁾ C abbates, quocumque alio fungantur munere.

⁴⁾ unanimi patrum consensu fehlt in C.

⁵⁾ C diffinivit quascunque personas, de ordine tamen meritas, etiam non abbates, ad capituli generalis officia posse promoveri.

ipsos consultores abbates caeteris proponendam esse et eorum mentem per duos ex ipsis capitulo generali referendam.

8. Super protestatione facta per aliquos ex R. diffinitoribus abstinentiae contra ordinationem capituli generalis, quod A. R. dominus de *Pontigniaco* R. dominum de *Alta Ripa* in unum ex diffinitoribus ab ipso ex abbatibus strictioris observantiae assumendis elegerit, cum praetenderent per abstinentes solos strictioris observantiae in *Gallia* abbates iuxta mentem brevis debere intelligi, re in deliberationem missa declaravit praesens capitulum generale dictum dominum de *Alta Ripa* in diffinitorem ab A. R. domino de *Pontigniaco* rite assumptum fuisse. Cui diffinitioni R. dominus de *Veteri Villa* sese opposuit tanquam contrariae et supra dicto brevi apostolico et bullae *Clementinae*, quam oppositionem petiit actis capituli generalis inseri.

9. Ad requisitionem A. R. domini de *Firmitate*, ut exacte serventur statuta in bulla *Clementina* praescripta et maxime circa iuramentum diffinitorum et aliorum capituli generalis officialium, omnes tam diffinitores quam notarii abbates iurarunt se sua fideliter munia ad bonum ordinis obituros nec quiequam contra propriam conscientiam in iis facturos.

10. R. dominus de *Alta Ripa* protestatur contra R. dominum de *Veteri Villa*, quod dixerit in suo monasterio non satis firme strictiorem observantiam custodiri, quam protestationem petiit actis capituli generalis inseri.

11. Ut omnia, quae diversi sibi attulere negotia, ad suam facilius audientiam possint pervenire, capitulum generale statuit et mandavit, ut omnes chartae rei petitae examinandae aut decidendae informationem continentes ab omnibus tam abbatibus quam prioribus et caeteris in manibus promotorum causarum capitulo generali proponendae consignentur.

12. Licet ad omne dissidium praecavendum a promotoribus causarum fuerit ardentissime requisitum, ut in explicationem brevis supra dicti declararet capitulum generale, quaenam iurisdicatio visitoribus competat quidque nomine iurisdictionis ordinariae, quam visitatores monasteriorum strictioris observantiae in suos singuli habent provincias, intelligi debeat, et tandem, ut si capitulo generali visum fuerit, aliquos velit deputare huius difficultatis examinatores, capitulum tamen generale nullos decrevit ad huius negotii examen deputandos nec huic amplius difficultati statuit immorandum.

13. Cum et ad recuperandam, ubi collapsa fuerit, monasticam disciplinam et, ubi illibata perseveraverit, conservandam maxime visitationes regulares conducunt timendumque foret, ne multa strictioris observantiae monasteria ob nimiam inter se distantiam paternae visitationis officio privarentur, si unus aut

duo tantum eiusdem observantiae eligerentur visitatores, praevio R. domini de *Precibus*, ut tres ad summum eligerentur, consensu praemissaque protestatione ab eodem facta contra maiorem numerum visitorum, quam petiit actis inseri, capitulum generale statuit ac decrevit, ut omnia inter *Gallos* sita strictioris observantiae monasteria in tres provincias separantur et a tribus visitoribus respective in posterum visitentur.

14. In hoc ergo brevis apostolici inhaerendo mandatis per secreta schedularum suffragia prius electis scrutatoribus A. R. domino de *Claravalle* et R. dominis de *Columba*, de *Precibus* a RR. D. nostro, quatuor A. R. primis abbatibus et decem diffinitoribus strictioris observantiae in visitatores strictioris observantiae R. dominus de *Fulcardi Monte* electus est visitor provinciae *Aremoricae* seu *Britannicae*, *Caenomanicae* et *Senonensis*, R. dominus de *Pinu* visitor provinciae *Burdigallensis*, *Pictavicae*, *Lemovicensis* et adiacentium, R. dominus de *Precibus* visitor provinciae *Campagna*e et *Insulae Francia*e.

15. Cum uniformitas nostro ordini congenita a summo domino nostro in suo praefato brevi nobis tantopere commendetur. nullo aptiori remedio sensim latius serpenti unitatemque destruenti difformitatis malo occurri posse putat capitulum generale, quam ut brevis fiat et dilucida compilatio et reductio omnium constitutionum apostolicarum, capitulorum generalium, usuum, caeremoniarum tam intra quam extra ecclesiam et specialiter in celebratione capituli generalis observari solitarum et caeterorum, si quae sint, in ordine statutorum, ut una regula, una charitate similibusque ritibus et moribus ubique vivatur, hoc autem tam utile tamque necessarium opus praesens capitulum generale A. R. domino de *Firmitate*, R. domino de *Fulcardi Monte* et D. *Ioanni Petit* religioso Cistercii, nunc priori *Boni Portus* et provisorii collegii *Parisiensis* viris utpote in disciplina, iuribus et privilegiis ordinis exercitatissimis iuxta breve committit peragendum sperans fore, ut assidua eorum diligentia hoc opus iam dudum speratum brevi in lucem prodeat, postquam in sequenti capitulo generali examinatum fuerit et confirmatum. Ut autem¹⁾ in divino officio persolvendo in omnibus ordinis monasteriis haec religionis uniformitas²⁾ teneatur, capitulum generale statuit ac decernit³⁾ nullam de caetero in novo breviario faciendam esse mutationem, sed ipsius ordinationi standum esse ex integro ab omnibus ordinis professoribus. Et ne librorum penuria in officio et cantu difformitas foveri videatur, capitulum generale mandat et committit R. dominis de *Fulcardi Monte*, provisorii et procuratori collegeri

¹⁾ Fehlt in C.

²⁾ C hoc vinculum uniformitatis.

³⁾ C et decrevit.

S. Bernardi Parisiensis, ut quam citius fieri poterit, novam breviorum, [F. 3'] missalium, antiphonalium, gradualium et aliorum quorumcumque librorum ad divinum officium necessariorum editionem curent et ex parte capituli generalis bibliopolam conveniant de iusto cuiuscunque librorum pretio nullatenus postea immutando, necnon in prima editione novi breviarii remponetur calendario commemoratio *Eutropii, Zozimae et Bonosae*.

16. Ad quaestionem propositam, an sit in ordine obligatio qualibet sexta feria per annum 7 psalmos poenitentiales recitandi sicut et aliquas preces tempore quadragesimae v. gr. *Tribularer* et alias, respondet capitulum generale nullam talem esse in ordine obligationem nisi recitandi 7 psalmos poenitentiales tempore quadragesimae omni sexta feria festo 12 lectionum non impedita iuxta rubricam breviarii novi.

17. Iuxta potestatem per breve iam saepe dictum capitulo generali a summo domino nostro factam¹⁾, qua hora diebus minorum solemnitatum surgendum sit, determinandi statuit ac²⁾ determinat capitulum generale diebus solemnioribus hora secunda, caeteris vero tertia ad vigiliis surgendum esse et declarat intentionis suae non esse per praesentem determinationem, ut consuetudo, si qua³⁾ in aliquibus vigeat monasteriis, maturius tam⁴⁾ solemnioribus quam aliis diebus surgendi enervetur, sed potius per superiores locorum et visitatores foveatur.

18. Cum in quam plurimis monasteriis⁵⁾ sufficiens non habeatur numerus monachorum, ut cum cantu *Gregoriano* horas canonicas persolvant, et ideo generalis circa hoc definitio⁶⁾ fieri non possit, mandat et praecipit capitulum generale omnibus visitatoribus provincialibus, ut prima monasteriorum suae provinciae facta visitatione singuli monasteriorum suae curae commissorum⁷⁾ statum et specialiter numerum monachorum in illis ordinarie residentium ad R. R. D. nostrum et A. R. primos 4⁸⁾ abbates quam primum transmittant, ut examinato numero monachorum in singulis monasteriis et situ loci, an sit minor vel maior congregatio, quae ultima solum ex regula obligatur ad cantum, iudicare possint.

19. Die autem decima Maii soluto pomeridianis horis diffinitorio R. domini de *Fulcardi Monte*, de *Trappa* et de *Veteri Villa* nobis notariis capituli generalis in manus consignarunt suam

¹⁾ C a sanctissimo nostro datam.

²⁾ C et.

³⁾ C quae.

⁴⁾ Fehlt in C.

⁵⁾ C Cum in pluribus ordinis monasteriis.

⁶⁾ circa hoc generalis definitio.

⁷⁾ Statt monasteriorum suae curae commissorum C illorum.

⁸⁾ C quatuor primos.

quilibet scripto traditam protestationem manibus propriis sub-
signatam ex decreto capituli generalis actis ipsius inserendam.

Protestatio R. domini de Fulcardi Monte.

Post recitationem ordinationis supra dicti capituli generalis anni 1667 et enumerationem officialium eiusdem cum P. Iulianus Paris abbas Fulcardi Montis strictioris observantiae dicti ordinis Cisterciensis observasset in eadem enumeratione et descriptione officialium eiusdem capituli plures recenseri, qui non essent abbates, surrexit et cum humilitate a RR. D. Cisterciensi abbate eiusdem ordinis generale et eodem capitulo generali postulavit, ut secundum ordinis statuta et praxim illius in hunc usque diem perdurantem in locum eorundem officialium non abbatum sufficerentur et subrogarentur abbates veri, qui plane et plene gauderent abbatiati caractere, maxime cum in eodem capitulo plurimi adessent, et ad omnia eiusdem capituli generalis munia rite obeunda capaces et idonei iique nullis huiusmodi munitis occupati, postulavitque subinde cum eadem humilitate idem abbas Fulcardi Montis, ut in eodem capitulo generali observarentur ea, quae summus dominus noster papa Clemens huius nominis quartus circa celebrationem eiusmodi capitulorum generalium ordinavit et maxime circa assumptionem diffinitorum [F. 4] ex generatione et filiatione uniuscuiusque primariorum abbatum, a quibus et pro quibus assumerentur. Circa iuramentum quoque ab iisdem diffinitoribus et aliis eiusdem capituli generalis officialibus praestandum et emittendum ac denique circa notationem et ventilationem in eodem capitulo in praesentia omnium capitulantium faciendam eorum omnium, quae subinde in diffinitorio eiusdem capituli diffinienda essent, alioquin idem abbas Fulcardi Montis intercessit et sese opposuit omnibus in eodem capitulo et capituli diffinitorio proponendis, diffiniendis et agendis et protestatus est de nullitate eorundem, si secus ageretur. Petiit etiam etc.; vide alibi cum aliis subsequentibus protestationibus ab aliis abbatibus strictioris observantiae.

20. Capitulum generale prohibet omnibus abbatibus, ne in urbibus aut academiis publice suscipiant docendam theologiam reverendoque domino de Bonavalle optandum tradit: et ex abbazia et cathedra theologica unam suscipiet et alteram dimittet.¹⁾

21. Renovat etiam ac confirmat capitulum generale latum a praecedenti capitulo generali decretum de non locandis in emphiteosin bona monasterii sine capituli generalis approbatione, quod decretum est tenoris sequentis: *Nullus contractus valeat pro alienatione et locatione in emphiteosin bonorum monasteriorum ordinis,*

¹⁾ C *Ut autem provideatur residentiae abbatum nec ulla eis non residenti ansa subministretur, omnibus abbatibus prohibet capitulum generale, ne in urbibus aut academiis publice suscipiant docendam theologiam.*

nisi prius a capitulo generali fuerit approbatus, et qui facti fuerint, rescindantur.

22. Ut autem caveatur, ne variis et insolitis exactionibus tam pro visitationibus quam professionibus vicarii generales¹⁾ monasteria onerent, statuit capitulum generale, ut pro omnibus tam expensis quam iuribus honorificis ductu et reductu in qualibet visitatione a monasteriis visitatis²⁾ dandos esse vicariis sexdecim francos et sindicis octo. Pro professionibus autem etiam³⁾ extra tempus visitationis faciendis prius computati ab illis sumptus itineris a monasterio⁴⁾ exsolventur; sumptus autem, quos a visitatoribus et sindicis fieri contigerit, ut eunt⁵⁾ ad capitula generalia vel intermedia, a propriis illorum domibus, in quibus ordinarie resident, exsolventur.

23. Decernit etiam capitulum generale, ut antequam visitatores in *Gallia* se ad suae provinciae monasteriorum visitationem accingant, a duobus vicinioribus abbatibus, quorum unus sit ex communi, alter ex strictiori observantia, semel tantum in triennio debere visitari. Nulla autem sit provincia, quae suum non habeat visitatorem.

24. Cum proinde cautum sit, ut monasteriorum priores quolibet triennio suorum prioratum voluntariam demissionem in scriptis faciant iis, a quibus fuerint instituti, capitulum generale statuit ac decrevit, ut intra anni huius reliquum eam faciant.

25. Ut etiam⁶⁾ inordinati processus in appellationibus de caetero non fiant, capitulum generale statuit gradatim procedendum, ut a visitatore⁷⁾ ad patrem immediatum, a patre immediato ad R.R. D. nostrum, a reverendissimo ad capitulum generale debeat provocari lisque ad illos per appellationis ius delata intra tres menses terminari, nec tam patribus immediatis quam maioribus ordinis superioribus alios quoscunque commissarios nisi visitatore suspecto aut absente liceat deputare.

26. Cum multa ordini nostro ex assumptione aliquorum ex aliis ordinibus aut etiam a clero saeculari personarum in abbates mala obvenerint, per procuratorem generalem in curia sanctissimo domino nostro capitulum generale [F. 4'] duxit supplicandum, ut poenae contra sic eligentes abbatem ordinis generalem decretae aliis simili auctoritate infligantur.

¹⁾ Fehlt in C.

²⁾ C *honorificis in qualibet visitatione a monasteriis visitatis in adventu et reditu.*

³⁾ Fehlt in C.

⁴⁾ C *monasteriis.*

⁵⁾ C *eant.*

⁶⁾ Fehlt in C.

⁷⁾ C *visitatoribus.*

27. Capitulum generale advertens ex nimia affinium multitudine in monasteriis, maxime in quibus viget electio, varia mala suboriri, prohibet omnibus monasteriorum illorum superioribus, nisi maior i. e. excedens numerum duodecim congregatio fuerit, duos fratres aut sorores recipere.

28. Ut omnis tollatur licentia extra monasteria ob curam animarum divagandi, statuit capitulum generale, ut illam de novo nullus suscipere audeat aut possit, quin prius a visitatore de eius capacitate cognitum fuerit.

29. Caeterum post varia in executionem brevis apostolici praescripta in vanum laborare¹⁾ putaret capitulum generale, si novae studens reformationi ad strictioris multis²⁾ abhinc annis introductae et favente Deo in dies succrescentis observantiae non conservationem tantum, sed eius etiam incrementum officii sui partes sollicite non impenderet, ideo triplici medio a R. domino de *Precibus* ad tam sanctum opus promovendum proposito, primo ut inter se convenire possint strictioris observantiae abbates, secundo ut ipsorum monasteria communis observantiae monachis vacentur et in alia diversae observantiae transmittantur, tertio ut in monasteria communis observantiae, ubi maior pars religiosorum ad illos, etiam sine pensione, convolat, introducantur,³⁾ ut v. gr. de *Chassagnia*, huiusque petitionis seu propositionis a se factae actum petiit. Circa primum statuit capitulum generale singulos quoque strictioris observantiae abbates serio admonendos, ut ad quodcumque capitulum sive generale sive intermedium de suae observantiae negotiis tractaturi conveniant. Ad secundum, cum huiusmodi monachi in monasteriis strictioris observantiae efficacius quam in aliis possint in officio contineri, statuit capitulum generale non ab illorum monasteriis ad alia communis observantiae nisi ex causa a statutis praescripta esse transmittendos; illos tamen declarat ad omnimodam erga strictioris observantiae superiores obedientiam teneri nec illis licere aliquid proprium habere, sed omnia eis a superioribus domorum necessaria debere ministrari. Circa tertium praevia expositione⁴⁾ R. domini de *S. Sulpitio* committitur A. R. domino de *Firmitate*, ut quo spiritu ducantur religiosi de *Chassagnia* perpendat, et si eos ferventiores factos ex animo ad strictiorem observantiam profectendam repererit, eorum desiderio satisfaciatur.

30. Ad petitionem et instantiam priorum claustralium in monasteriis commendatis, quatenus omnes vel ad minus tres de quavis provincia ad capitulum generale vocarentur, capitulum

1) C *labo asse.*

2) C *strictioris observantiae multis.*

3) C *introducatur.*

4) C *oppositione.*

generale respondit et decrevit nullum priorem claustralem in posterum vocandum esse.

31. Ad quaestionem propositam, an in ordine nostro confirmari possit stabilitas facta per aliquem monachum in alio monasterio sine licentia proprii abbatis et quem locum ita stabilitus in secundo monasterio debeat occupare, an professionis in primo monasterio, an factae stabilitatis in secundo, respondit capitulum generale non confirmandam stabilitatem sine licentia proprii abbatis neque locum professionis nec stabilitatis debere tenere.¹⁾

(Schluß folgt im nächsten Hefte.)

Die literarische und künstlerische Tätigkeit im kgl. Stifte Emaus in Prag.

Von seiner Gründung bis auf unsere Tage.

Von Leander Helmling, O. S. B.

(Fortsetzung zu Heft I—II. 1904, S. 30—42.)

Viertes Kapitel.

Die künstlerischen Bestrebungen in der ersten Periode: Die Wandgemälde des Kreuzganges.

Die Kunsttätigkeit, welche die Bewohner von Emaus zur Zeit der Ausführung der Wandgemälde im Kreuzgange des Klosters entfalteten, bildet mit den künstlerischen Schöpfungen der neuesten Zeit die zwei Glanzperioden künstlerischen Schaffens in der Abtei. Wie wir die Werke der neuen, beuroner Kunst in Emaus eingehender behandeln werden, so soll das Gleiche auch für die erste Zeit geschehen. Wir geben zunächst nach Neuwirth²⁾ einen allgemeinen Überblick über dies großartige Kunstwerk des 14. Jahrhunderts und führen sodann in einem übersichtlichen Schema die einzelnen Bilder an.

1. Allgemeines.

Der quadratische Bau des Kreuzganges, welcher sich an die Südseite der Abteikirche anschließt, birgt in seinen Wandgemälden für den Architekten, Archäologen und besonders den Kunstfreund eine Fülle interessanter Einzelheiten, großer Ideen

¹⁾ C *Ad quaestionem propositam, quem locum tenere debeat secundam faciens stabilitatem, an primae suae professionis an secundae stabilitatis, respondit capitulum generale debere in omnibus locis secundae suae stabilitatis, non primae professionis locum obtinere.* Wir haben darin wohl keine Änderung, sondern eine von dem Verfasser oder dem Schreiber unserer Aufzeichnung übergangene Erweiterung des Beschlusses Nr. 31 zu sehen.

²⁾ Neuwirth, Die Wandgemälde im Kreuzgange des Emausklosters. Prag-Calve 1898.